



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia

Androzzi, Fulvio

Coloniæ, 1611

Remedium pro quauis afflictione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](#)

corpo^re, voluntas Dei, omne que bono
nstrum, cur similibus tentationib^{us}
turbamur?

Debemus igitur tunc libentissim^m
suscipere omnes illos dolores, & infi-
mitates quātumuis diurnas dicendo.
Domine paratū est cor meum ad omnia
preferenda, quæ tibi placuerint. Sice
nim oblectationi sumus Deo, angelis
solatio, & dæmonibus confusioni.

Vtile quoque est mentem ab huic
modi cogitationibus auertere, dicendo:
Fiat, quicquid Domino placuerit. Quod
enim illi placebit, certè bonum erit. Quod
& gratiam tunc largitur preferendi oca-
nia, quæ ipse voluerit. Facere denique
quod faciunt pueri, qui licet audias ita
lios loquentes de caritate annonæ, pe-
ste, bello, & aliis malis, nihilominus iu-
cundè viuunt, coniecta omni cura in
suos parentes.

RE MEDIVM PRO QVA-
uis afflictione.

Primum est. Certissimò credere nu-
lū tribulationis genus, fastidij, mœ-
roris, vel aliud quippiam graue & mo-
lestum nobis contra voluntatem no-
stram euenire, quod non proficisci-
rà Deo

COMMUNIONE.

163

à Deo, & ab ordinatione ac prouidentia diuina, ut docet S. Augustinus, & tota scriptura sancta. Atque hæc omnia immittuntur nobis ad utilitatem nostram, ex eodem paterno amore, quo filium suum licet sanctiss. & dilectissimum easdem tribulationes & æxumnas subire voluit.

II. Cogitare quoties, quanto tempore grauiter Deum offenderimus. Nam si vel semel offenderis Deum, qui est infinitus, meritus es poenam infinitam, & non tantum has temporales.

III. Cogitare de poenis inferni toties promeritis.

IV. Cogitare, quæ passi sunt Sancti, & imprimis Sanctus Sanctorum Christus Dominus noster, toto vitæ suæ tempore.

V. Cogitare de æterna gloria, ad quam non patet aditus, nisi per multas tribulationes.

VI. Cogitare de fructu tribulationum. Fructus autem est. Humiliare se coram D o. Confugere ad D o. auxilium, ab hoc mundo se separare, cœli desiderio teneri Christum imitari, placere D o, mortificare carnem tātopè nobis infestam occasiones multas diuinam Maiestatem offendendi tollere, ex-

pur-

164 DE FREQUENT.
purgari à peccatis, locupletari gratia,
postea multa gloria.

R E M E D I V M T E M P O R I
agritudinis.

1. C O G I T A R E de vtilitate egritatis. Et primò, quòd sit nuncius Dei, ad nos misus, vt præparemus nos ad mortem.
2. Purgat à peccatis : bonum enim sicutum est, poti in ijs membris, quibus Deum grauius offendimus.
3. Debilitat corpus, inimicum nostrum. Vnde dicebat S. Paulus. Cùm infirmor, tunc fortior sum.
2. Cor. 12. 4. Reuocat à malis : æger enim non potest se inebriare, superbire, &c.
5. Prouocat ad bonum, vt ad confitendum, ad pœnitentiam agendum.
6. Aegritudo est signum diuini amoris: Deus enim castigat, quos amat.
7. Est loco Purgatorij, quod est scriptiale donum Dei.
8. Est pignus æternæ salutis, & via ad portam cœli, & conformatiōnem cum Christo.
9. Cogitare eam magno amore immitti nobis à Deo, & ad salutem nostram.

R E M E